

andreas in threwæ, iohannes ibidem, jtem martinus iudex muszø fuit proloquutor in quorum omnium robur et euidenciam sigillum abbatisse necnon et conuentus presentibus sunt appensa, actum anno supradicto et loco, dominica oculi mej semper ad dominum.

2140. (1318) Odat. \*).

Abbedissan INGEBORG och Konventet i S:t Clara kloster sälja alla sina hus på nämnde gård Alsike till Ärkebiskop Olof för en läst spannmål, som då kostade 17 mark penningar.

Registr. Eccl. Upsal. perg. pag. 38. (fol. 41. v.).

Omnibus presentem litteram inspecturis INGIBURGIS abbatissa cum toto CONUENTU sororum ordinis sancte clare apud stokholm salutem in domino Noueritis nos ex consensu concordi, domos omnes quas habuimus in fundo nostro in alsøke vendidisse domino archiepiscopo olauo dej gracia ecclesie vpsalensis pro vna lesta annone quando constabat XVII marchas denariorum Jn cuius rej noticiam sigillum conuentus nostri presentibus est appensum.

2141. 1318 d. 28 Mars.

MAGNUS GREGERSSON gifver med sin dotter Margareta, som ingått i Sko kloster, 6 öreland och ett örtugland Ransta i Gryta socken,  $\frac{1}{2}$  markland i Sunnersta i H. Trefaldighets socken och 10 örtugland i Nontuna i Danmarks socken.

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

Omnibus presentes litteras inspecturis MAGNUS GREGORISSON salutem in domino sempiternam. Quia filiam meam dilectam margaretam ex consensu et beniuolencia cognatorum et amicorum omnium religioni et ordini sanctimonialium in sko deo inibi militaturam commisi et subdidi, Nouerint vniuersi, quod cum ea, predia mea videlicet sex oras terre cum solido in uilla ranastum parochia grýtum, dimidiam marcham terre in villa sundusum parochia sancte trinitatis vpsalie, et decem solidos terre in villa Nanætunum parochia danmarchum cum omnibus suis attinencijs prope et remote positiss predicto claustro et conuentui sko proprio et assigno iure perpetuo pos-

\*) Detta tillägg till föregående bref är förmodligen af samma år, ehuru af något sednare datum, emedan Olof här icke mera kallas Electus, hvilken titel upphör först i sednare hälften af år 1318.

sidenda, que quidem predia mihi meisque heredibus per presentes alieno. In cuius facti evidenciam pleniorum sigillum meum presentibus est appensum, Insuper sigilla venerabilis patris domini vpsalensis, Nobilium virorum. karoli orustæson et gilsonis elinæson militum, Jedwardi philippusson et gregorij magnusson armigerorum et domini Johannis philippusson curati in frøsendum presentibus instanter apponi peto, qui eciam huic facto presentes affuerunt uocati et rogati cum aliis multis fidedignis. Actum et datum. Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVIII, V<sup>o</sup>. kalendas aprilis.

*På frånsidan:* Super ranastum sunnestom nontwnom.

Sigillen: N. 1, 4—7 borta; N. 2, 3 (adliga) skadade; remsorna till N. 1 och 5 finnas kvar.

2142.

1318 d. 1 April.

Juleta.

Påliga Nuntien, Kaniken NILS SIGVASTSSON, utfärdar genom Notarien Arnvid Johansson af Forsby, till Abboten ooh Munkarne i Juleta kloster, en officiel afskrift af Påfven Johannes XXII:s vidimation och stadfästelse på Konung Birgers privilegier för presterskapet af d. 28 Mars 1305. (Jfr. N. 2088, not.).

Orig. på perg. i Kongl. Bibl.

NICOLAUS SIGUASTI Canonicus Vpsalensis, Sanctissimi patris et domini nostri, domini Johannis diuina prouidencia pape. XXII. ad partes regni swecie nuncius, deputatus, Religiosis viris, dominis, . . Abbati, Ceterisque fratribus Conuentus in Julittum, salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Litteras sanctissimi patris et domini nostri summi pontificis predicti, non abrasas non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte uiciatas, sed omni suspicione carentes, sub uera ipsius bulla in filis sericis rubei, croceique coloris, nos recepisse Noueritis in hec verba. JOHANNES Episcopus &c. *Se föreg. N. 2088, 1459, not.* Actum et Datum apud Monasterium Julittum supradictum, Anno domini. M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVIII<sup>o</sup>, Prima die Mensis Aprilis, Indictione prima, Pontificatus domini Johannis pape XXII, Anno Secundo.

Et ego Arnuidus Johannis de Forsby, pupplicus auctoritate apostolica, Notarius, Anno, Mense, die, Indictione, et loco supradictis, suprascriptos tenores per me pupplice lectos, ac de uerbo ad uerbum propria manu mea accopiatos, de Mandato Magistri Nicolai predicti, in hanc pupplicam formam redegei, signoque meo consueto vna cum sigillo ipsius signaui rogatus.

*På frånsidan:* Priuilegia super spannamaala condonata monasterio.

Sigillet borta. Notariens märke, ritadt i kanten, består af ett kors med inskrift: "Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth".